



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 3. In prosperitate quoque assistit Deus confidentibus in eum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

felicitatem. Omnino verissime mihi dici posse videtur, quod tales hac ratione multo excellentius ab omni malorum genere liberi sint, quam si mala nulla paterentur. S. Bernardus, si quandoque nihil sibi tolerandum accidisset, tanto Deum perdendi metu angebatur ut ad maiorem securitatem cum Deo se per commorandi, enixè eum rogaret, ne se relinqueret unquam sine tolerantia afflictionum; adeò ut, quicumque tandem casus nobis eveniat sive injuriâ temporum ut solemus loqui, sive hominum malitiâ, sive nostrorum sit mors amicorum, sive propria corporis nostri infirmitas & adversa valetudo, sive quodcunque aliud infortunium divina ordinante providentia, rebus nostris accidat, nunquid desinet vera nos felicitas prosequi, & in omnibus se nobis comitem præbere, si speremus in eo qui nostra est felicitas, & præces nobis assistit in omnibus adversitatibus secundum ejus ipsius testimonium infallibile.

Cum ipso sum in tribulatione.

§. III.

In prosperitate quoque Deus assistit confidentibus.

Minimè verò hæc sic dicta velim quasi nos destituat Deus in prosperis & se-

I. 4.

cundis rebus, modò hæ nihil imminuant de
confidentia studio quo divinæ ejus Provi-
dentia totos nos acerbemus regendos com-
mittere. Quot numerare possemus illustres
omnium ætatum personas quæ rore cœli &
consolationum spiritualium abscondito mā-
na saturatæ, etiam pinguedinem terræ & bo-
norum temporalium ubertatem comede-
runt. Ipsa adeo prosperitas fructus illis est di-
vinæ misericordiæ secundum Dei ipsius
promissionem, qua se obligavit devotis sibi
familis ad effundendas super ipsos, ipsorū
familiam, liberos, terram, omnemque hære-
ditatem ac possessionem pleno copix cornu
cœlestes benedictiones. Sic per Moysen olim
pollicitus fuit Judæis in hæc verba: *Veniens
super te universa benedictiones ista. Benedictus
tu in civitate, & benedictus in agro, benedictus
fructus ventris tui, & fructus terra tua, fru-
ctusque jumentorum tuorum greges armento-
rum tuorum & caula ovium tuarum? Bene-
dicta horrea tua & benedicta reliquia tua. Be-
nedictus eris ingrediens & egrediens.* Deut. 28.
Nos quoque vicissim sine intermissione be-
nedicemus ac laudabimus Deum Dominum
nostrum tam misericordem, tam liberalem,
tam amantem nostri, omnia bona nostra &
possessiones nostræ, & omnia quæ intra nos,
sunt

funt benedicent nomini sancto eius, omnia ossa nostra benedicent, omnes venæ, omnia viscera, omnes artus, omnes cordis motus, omnes mentis nostræ cogitationes, omnes capilli capitis nostri gratias agent Deo. *Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi; Et quia naturæ nostræ tenuitas non sufficit dignæ gratiarum actioni, invitabimus cælum & terram & omnia quæ in iis sunt, ut consensu nobiscum vocibus, totis viribus omni- que conatu laudent & glorificent Deum. Benedicite omnia opera Domini Domino. dicemus cum tribus pueris in fornace Babylonica canentibus. Laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite Angeli Domini Domino Benedicite cæli Domino, &c. Dan. 3.*

§. IV.

Quid spectet Deus in adversitatibus nostris.

Verum quia prosperitates magis suspectæ sunt & periculosæ quæ Syrenum more blandiendo seducunt aut mollium instar pulvinarium facilem præbendo somnum, oblivionem inducunt retinendæ in Deum fiduciæ quam ad res creatas transferunt, idcirco mavult Deus fideles sui cultores miraculose etiam modo in tribulationibus delectare. quam